

idoneam; ideo creditor sibi imputare debet, quod contentus promissione pupilli non requisiuerit auctoritatem tutoris, vel fidejussorem. f. 38. num. 525, & seqq.

Plura de his vide, *Tutor.*

De Pupillarium rerum præscriptione, vide, *Præscriptionis materia incapax.*

Purgatio.

*Tomo 5.*

Purgatio Vulgaris fieri solita per tactum aqua ferventis, vel ferri candentis, est à Canonibus prohibita. f. 470. n. 1053. Item fieri solita per Dulum. f. 471. n. 1054.

De Purgatione Canonica, vide, *Juramentum Purgationis.*

*Q.*

Quasi Contractus.

*Tomo 4.*

Quasi Contractus est tacita seu præsumpta covention, ex qua mediante facto aliquo producitur obligatio. f. 343. n. 1102. ubi enumerauntur species, quæ sub proprii vocabulis videntur.

Quasi delictum.

De hoc vide, *Delictum, vel Quasi.*

Que rela Inofficio.

*Tomo 2.*

Inofficium Testamentum est, quod certis personis immixteri exhaereditari, non officio pietatis factum videtur: cuius impugnandi remedium extraordinarium jure civili introductum est *Querela inofficio*, quæ qui peti etiūmodi testamentum rescindi. f. 140. n. 613. Dicitur *Extraordinarium*, quia cum ordinariū remedium superest, prius est usurpandum, cum quo tamen concurrere potest querela. eod.

Querela Inofficio est actio proprii dicta, & non mera imploratio Officij Judicis: multo minus est accusatio. f. 141. n. 614.

Querela Inofficio potest in eodem libello cum Hereditatis petitione cumulari. f. eod. n. 615.

Querela Inofficio ob causam exhaereditationis non probatam inter ascendentēs & descendētes est iure novo sublata, & testamentum ipso iure est nullum, theorice rem examinando. f. 87. n. 384. & fusius f. 141. n. 616. & seqq. In praxi tamen videtur contrarium observari, & datur querela liberis non legitimè à patre exhaereditatis ob causam etiam non probatam, item in testamento matris vel avi materni præteritis utriusque sexis tam emancipatis quam in potestate constitutis. Ratione posteriorum non est opus querela, quia non possunt exhaereditari. 620.

Querela hæc competit arrogatis & adoptatis à persona non extranea, adeoque ab ascendentē. Liberis vero naturalibus illegitimis datur solum adversus matris, vel avi materni testamentum, nisi mater illius sit, & liberis legitimis superevent. f. 142. n. 621.

Querela datur parentibus adversus testamentum libertorum etiam emancipatorum, in quo præ-

*Q.*

teriti, vel iniquè exhaereditati sunt. f. eod. n. 622.

Causa quo quis exhaereditato filio patrem præterit, si filius querelam movens obtinet, pater non habet querelam; si succumbat, pater admittitur tanquam præteritus. Pari modo si filius legitime exhaereditato probaretur, nepos præteritus non posset quidem testamentum nullum dicere, posset tamen querelam movere. f. eod. n. 623.

Querela non competit parentibus præteritis in testamento militis aut militantis. f. 143. n. 624.

Querela datur fratribus & sororibus præteritis, vel exhaereditatis, & turpibus perfonis institutis. f. eod. n. 625. Refusio autem testamento, etiam Nepotes ex fratre defuncto jure representationis admitterentur, non obstante, quod querela illis non concedatur: Sic ut, etiam si frater non possit movere querelam, quando contra solum patrem est commissa ingratiudo exhaerationis, refusio ramen a patre testamento filii, fratres unū cum patre succedunt. eod.

Querela transmittitur tam ad heredes suos quam ad extraneos, sed cum hoc discrimine, quod ad suos transmittitur etiam non preparata, ad extraneos verò non nisi ut preparata, v. g. per litis contestationem, per intercessionem, per agitam bonorum possessionem. f. 143. n. 626.

Querela instituitur adversari heredes, qui ex testamento hereditatim adierunt, sed non nisi post additionem. f. eod. n. 627. Aliquando prononit per modum Exceptionis, si nempe exhaereditatus possiderit, & heres scriptus agit hereditatis petitione. eod.

Querela cessat in foro conscientiae, quando exhaereditato sibi consciens est, quod causa exhaerationis se data sit, etiam si heres cam probare non possit. f. 142. n. 619. & f. 144. n. 628.

Dissimulation querela per quinquennium, cessa querela respectu dissimilantur, & ejus portio accrescit alteri per querelam obtinenti. eod.

Si exhaereditatus titulo institutionis aliquid acceptit, tunc omisissi querela ad supplementum agentium est. eod.

*R.*

Rapina.

*Tomo 1.*

Rapina superaddit furo simplici violentam ablationem, nec sufficit, juridice loquendo, coactio per metum sine violentia. f. 118. n. 263.

Est peccatum specie theologica distinctum à furo simplici. Ordinariè quidem Rapina est manifesta, potest tamen esse Non manifesta per accidentem. Vocatur furtum improbum, seu qualificatum. f. 118. n. 264

Ex Rapina datur actio vi bonorum raptorum, prætoria, partim Rei partim Poena persecutoria, quæ quadruplum (qui res ipsa vel estimatio inest) intra annum exigunt, post annum simplum. Adversus heredes non datur ante item contestatam, sed conditio furtiva in simplum. f. 110. n. 269.

Nox

*R.*

Non liberatur à poena raptor, etiam si rem ante sententiam sponte restituat. f. 121. n. 271.

*Tomo 6.*

Rapina malitia poena solet esse gladij, & vel unus actus sufficit. f. 183. n. 537.

Neque Nobilitas, neque parvitas materiæ excusat. n. 548.

Eadem poenam plectitur, qui quidem non adhibet vi, sed solo nielu adigit viatorem, ut sponte tradat. n. 539. Probabiliter nec minuenda illi poena, qui in dominis, vel villis predatur, & rapinam facit. n. 540.

Rapitus.

*Tomo 6.*

Rapitus crimen commititur, cum femina honesta libidinis explenda (etsi non explete) causâ, vi de loco in alium locum moraliter diversum abiatur. fol. 183. n. 547. & fol. 185. n. 550.

Rapits poena est ultimum supplicium, etiam adjuvanter, & bona eorum adjudicantur dominio raptae. fol. 183. n. 542.

Jure Ecclesiastico irritatur illius cum rapta matrimonium, dum est in potestate raptoris. tenetur eam dotare, five ducat five non. fol. 184. n. 543.

Ex Ord. Crim. Carolina, qui alieni suam uxorem, aut honestam virginem contra mariti aut legitimi patris voluntatem in honeste abducit, etsi haconsentiant, accusante patre aut marito, punitur ut raptor. n. 544.

Raptor Monialis capite plectitur, & ejus bona adscrubuntur Monasterio stuprata. si consenit, in arcius Monasterium detruditur. n. 545.

Secundum Carol. Ord. non exculpat à poena ordinaria, si mulier dicat, se consenisse, sed invitit parentibus rapta est libidinis causâ. n. 546. & seqq.

Si mas marit rapiat explenda libidinis causâ, puniatur non quidem ut raptor, sed devi publica. n. 548.

Quodsi femina virum rapiat, puniatur poenam Raptoris constituta. n. 549.

Qui rapere ineradicem jam ad penitentiam convertiuntur, puniendus efficit ut raptor, non item, sed arbitrii, qui non conversam, sed invitam. fol. 186. n. 552.

Rationes, Seu Libri Rationum.

*Tomo 5.*

Rationes aliae sunt publicæ, hoc est facta aucto-ritate publicæ: aliae privatæ. fol. 344. n. 317.

Libri Rationum conscripti ab eo, cui publicæ auctoritate officium conferbendi Rationes commissum est, ut sunt Argentarij, Nummularij, plen probant non minus quam Scriptura Notarij. f. 366. n. 481.

Liber Rationum alicuius privati, probat plen contra scribentem ejusque heredem. f. 371. n. 556. Scheda tamen separata à Codice non nisi semiplenè. n. 557.

Chris. Haun. Report.

187

Pro scribente non probat plenè, nisi aliunde firmatatem accipiat. n. 558.

In Capitulis inter se non connexis sed disparatis, potest quis approbare unum articulum contra scribentem, & reprobare aliud Capitulū pro scribente faciens, fol. 382. n. 559, ubi exemplum, & limitationem vide n. 560, & seqq. Denique Judicis arbitrio relinquendum, an existimat parem fidem habendā libro Rationum tam quoad Capitula contra scribentem, quām pro scribente, si finis de eodem negotio, licet non uno contextu scripta. n. 561.

Quando ille contra quem liber Rationum producitur, nec exprefse, nec tacite opponit aliquid contra producentem aut librum, censetur tacite fateri vera esse quæ continentur, nec potest revocare, nec Judex aliter judicare. fol. 383. n. 565.

Liber Rationum conscriptus ab eo, qui ex officio alicuius bona administrat, plenè probat pro scribente, observatis observandis, que vide n. 567, & seqq.

Liber Rationum à Socijs, vel uno Sociorum à certis ad hoc approbat, imo & ab Instituto ad hoc præposito conscriptus, & verisimilia continens, plenè probat inter socios etiam pro scribente. f. 384. n. 572.

Extra causas recentis sèpè probat liber Rationum semiplenè, concurrentibus adminiculis arbitrio Judicis extimandis, que vide n. 573, & seqq.

Rebellio.

De hujuspoena vide, *Majestatis lese crimen.*

Reconventio.

An Clericus possit apud Judicem Laicum reconveniri, vide, *Jurisdictio Ecclesiastica & Secularis.*

*Tomo 5.*

In causa Reconventio tenetur Procurator Principalem defendere. f. 167. n. 418.

Reconventio definitur: Actio à Reo quanto adversus Actorem, durante conventionis Judicio sub eodem Judice, patique passu agitata. f. 247. n. 338.

Reconventio propriæ dictæ facienda est ante litis contestationem, vel saltē in continentia juris, etiam cum calumnia, & non ex intervallo, cui proinde in continentia post item contestatam & responsoriem ad libellum actoris factam, actor respondere debet. f. 247. n. 339. Dummodo causa reconventio posuit à tali Judice tractari. f. 248. n. 343. Quodsi reconventio fiat in majore quantitate, quam conventione, & excedat alioquin jurisdictionem Judicis, nihilominus poterit de illa judicare. n. 344. Nec impedietur Reconventio Judicium per appellacionem Actoris, postquam succubuit in causa conventionis. n. 345.

Si Actor Reconventio desideraret ab agendo, cessaret etiam reconventio. n. 346.

Reus contumax non posset reconveneri Actorem, qui abusivè seu fictione juris item contestatus est. n. 347.

A a 2

Reconventio

Reconventio ex intervallo facta post litis contestatione, non inducit Judicis necessitatem, ut in causa conventionis & reconventionis pari passu procedat, & eadem sententia definitiva abolvat. f. 249. n. 348.

Potest tamen, consentiente Actore habere effectum prorogationis, ut saltem finita causa conventionis teneatur coram tali Judice respondere. num. 349.

Si causa conventionis celeritatem exigeret, & imminet periculum anima, non esset causa reconventionis conjungenda. n. 350.

Si Judex non attentat reconventione procedere in causa conventionis, valeret quidem sententia, sed reus posset appellare. n. 351.

Actor reconventus non posset Judicem tanquam suspectum recusare. n. 352.

Reconventio non haberet locum coram arbitris. n. 353. Coram Judice delegato runc locum habet, si fuit delegatus ad infinitam adoris, secundum ex consensu utriusque partis. n. 354.

Jure coiuncti potest Reconventio fieri in omnibus causis non specialiter exceptis. f. 250. n. 355. Jure Bavariae limitatur. n. 359.

Reconventio fieri potest etiam si conventio fiat actioni reali, & reconventio personali, vel econtra. n. 360.

In causa spoliis non est locus reconventioni, nisi fieret etiam de spolio. f. 251. n. 361. Agens ad recuperandam possessionem non contra ipsum spoliatorum aut mandantem, sed contra tertium possessorem, posset reconveniri. n. 362. Posset etiam tertius Possessor reconvenire ex Interdicto *Vti possidet*. non item ipse spoliator conventus. n. 364.

Depositarius conventus non potest reconvenire nisi etiam in causa depositi. f. 251. n. 365.

Appellans non potest intuitu hujus appellacionis reconveniri apud Judicem à quo. n. 366.

Reconventio locum etiam habet in causis Summariorum, & executivis. f. 252. n. 371.

In multis causis arbitrio Judicis relinquendum videtur, et reconventio admittenda sit nec no, ob varia incommoda. n. 372. ubi recensentur hujusmodi cause.

### Recusatio.

De Recusatione Judicis plura vide, *Judex*.

#### Tomo 5.

Exceptio Recusationis ante omnem aedium Judicialem opponenda est, scriptio proponenda Judicii praetenti. fol. 584. n. 509. & seq. Iure Canonico exprimenda causa. num. 510. ubi, quid Judicis tunc agendum. & n. 511. Iure Civili sufficit, si recusans juret, se non recusare calumniosè. fol. 585. n. 512.

Si recusetur Judex ordinarius, & subsit causa suspitionis, adjungitur alius, quia hoc iure (benè tamen Jure Canonico) recusari simpliciter non potest. n. 513.

#### Redhibitoria actio.

De hac vide, *Empirionis resolution ex adiutorio editio*. *Reditus*, & annui fructus.

#### Tomo 1.

Quoties reditus fructuive annui ex certo fundo, verbis precarijs & ad heredem relatis ita legantur, ut legatarium est manu heredes accipiat, ut haeres prafit, det &c. non confert ususfructus relietus, sed annuum legatum. Econtra si verba dirigantur ad legatarium, servitus legata confertur. fol. 224. num. 517.

#### Rei Vindictio.

##### Tomo 1.

Rei Vindictio est in rem *actio*, per quam rem unam aliquam corporalem nostram tanquam nostram petimus ab eo qui possidet. Vel sic. Est actio realis specialis, quā dominus agit adversus possessorem rei sua corporalis, & petit se dominum declarari, eāque officio Judicis nā cum fructibus restituī. fol. 219. n. 42. & to. 5. fol. 115. n. 143. ubi n. 145. formula hujus actionis.

Conceditur hæc actio non solum ipsi domino directo, vel utili, sed etiam illi cui dominus actio nem cedit, vocatürque Cessianus, & iste habet tam directam quam utilem, directam vice cedentis, utilē ex propria cessionari persona in hunc finem censem, ut, si forte non posset vindicare nomine cedentis, singulat ipse dominus. fol. 219. n. 47. Item concedit illi, qui alteri aliquid dedit, ut alimento reddantur, cui prater conditionem competit utilis rei vindictio. fol. 220. n. 48. Item sponsovel sponsa, si quid alteri ob nuptias fecuturas dedit, & per accipitentem stetit, quominus nuptiae sequentur. 48. Item datur illi, qui à Republica vel Fisco ad tempus habet fundum conductum. 49.

Dominus verus volens rem vindicare, potest repellere exceptione transactionis, Jurisjurandi, Rei judicandi, dolis mali, tunc, quando vendens rem non suam potest factam suam vellet vindicare. fol. 220. n. 50.

Datur Rei vindictio contra quemicunque detentorem, qui restituendi habet facultatem, unde etiam alieno nomine possidentes, ut Commodatarius, Depositarius, Conduktor, possunt hac actione conveniri: ita tamen, ut (si res sit immobilia) illis (patrum indulgendum sit, intra quod auctorū denuntiant, licet sibi moram esse de proprietate: qui si ad præfixum diem definienda causa non adfuerit, summatum discollo negotio concurrunt possidentes rem restituente, & abiens possessionem

cessionem amittit. fol. 220. n. 51. Contra Sequestrum non datur. 52. Denique datur etiam contra aliquos, qui soli iurisdictione detinent, talis est. 1. qui scilicet offert. 2. qui dolo malo desit profidere. 53.

Præter tem principalem, pertinetur hac actione eiā accessiones & lucra inde quasira. fol. 221. n. 54. quod si actor non petat, tunc illi fructus & accessiones solum à Judice ex officio adjudicantur, qui post item contestatae percepti sunt. cod.

Indulgentur detentori petenti aliqua induciae v.g. mensum, si prius caveat de litiis estimatione solventa, dato fidejurore de restituendo intra tempus indultum. fol. cod. n. 55.

Jura, quæ negant, unā rei vindicatione posse plures res simul peti generali vocabulo, intelligentia sunt de ceteris quæ constant partibus notabiliter diversis, disparatis, dissimilibus, ad diversos usus destinatis, adeoque non solum physice, sed etiam moraliter heterogeneis, & neque à natura neque ab arte ad unum totum constitutendum ordinatis. hujusmodi sunt armamenta navis, non item greci. fol. 222. quæst. 8.

In re vindicanda sufficit ea certiudo & designabilitas, vi cuius Judex verè intelligere possit, in quo determinato corpore, & quantum peciori restituentum sit, v.g. quod sit restituenda pars terria fundi communis. fol. 222. quæst. 9.

Bona fidei possessor non tenetur ex rei interitu, nisi post item contestata ex culpa civili res perciperet. Male fidei possessor etiam de causa fortuito tenetur, si fuit in mora restituendi. cod. quæst. 10.

#### Relatio causarum.

##### Tomo 5.

Relatio est cause dubie remissio ab Inferiore ad Superiori Judicem, ut rescribat, quid fieri velit. dicitur Consultatio. fol. 285. n. 515.

Quamvis Rescripto debeat se consilens conformare, potest nihilominus à sententia appellari. fol. 586. n. 516. Ab interlocutoria tamen, quod Judex velit causam referre, non licet appellare, nisi Judex noller exhibere exemplar consultacionis. n. 517.

Videntur Consultationes & Relationes abrogatae per Novell. 125. n. 518. & seq. non tamen Iure Canonico. fol. 587. n. 520. Relationes ad consilium Jurisperitorum nullib[us] sunt abrogatae. n. 521.

#### Religio, Religiosus.

##### Tomo 1.

Qui alium vi, menu, aut fraude seduxit, ne Religione ingrediatur, aut ut egrediatur, non propriæ tenetur ipse ingredi. fol. 207. n. 724. & seq. Nec tenetur Religio restituere illud emolumenatum, quod facile consequi potest aliam recipiendo, quem alioquin non potuerit recipere. tenetur tamen ad illa quæ cum talis persona ingressu erant moraliter connexa. 725. Quomodo Religiosus obligetur legibus Civilibus, vide, Lex.

Religiosa Communitas est capax Domini propter dicti, non item Religiosus Professus in particulari. fol. 296. n. 1. & 4. Potest hac incapacitas etiam reperi in habente votum paupertatis non solemnem. 5.

Religiosus etiam Professus est capax Jurium & bonorum spiritualium, & quasi dominij vg. Beneficij, Juris cligendi, Juris alimentorum, manendi in tali Coronio: possuntque ad hanc Jura cuenda uti remedij possessoris. f. 297. n. 7.

Nulla est repugnatio dominii bonorum fortunæ cum Stato Religioso in persona particulari, nec de ratione voti Paupertatis Religiosus est, ut indicat incapacitatem dominij, sed solum, ut tollat omnem licentiam utendi his bonis independenter a consensu Superioris, à quo etiam pendas voluntas subtili in dominio retinendo, debeatque paratus esse illud à se abdicare quando & quo modo Superiori visum erit. f. cod. n. 8.

Religionum aliquæ sunt capaces Successionis nomine suorum Religiorum, aliae sunt incapaces. fol. 302. n. 18. Capaces sunt ones, præter Domos & Collegia Societatis JESU, & Monasteria Fratrum Minorum de Observantia, & ceterorum qui strictius Regulam D. Francisci observant. In reliquis eo ipso quod quis ritè profiteatur, omnia ipsius bona, de quibus ante professionem saltem per ultimam voluntatem non disponuerat, pervenient ad Monasterium, non solum quoad proprietatem, sed etiam quoad possessionem, si Professus ea possederat. Teneret tamen Monasterium, quod illius Debita contrah. n. 19. & 20. Quod si Testamentum fecit, adhuc bona ad Monasterium pertinent usque ad illius mortem naturalem, ab eis jure revocandi ultimam voluntatem. Posset tamen Religiosus in ultima voluntate disponere, ut statim emissa professione ad successores pervenient. 21. De successione in Emphyteusi, Feudo, Jure Patronatus, aut Retractu, vide in proprijs vobis. An Ususfructus patris in bonis filii per Professionem venir ad Monasterium, vel confondere cum propriitate, vide, *Vusfructus*.

Sicut Professus debet assignare legitimam filio, ita filius carens descendantibus debet legitimam assignare ascendantibus, si careat descendantibus. fol. 303. n. 23.

Quicquid Religiosus Professus, per operas, industrias, aliorum liberalitatem, aut quemcumque alium titulum acquirit, Monasterio acquirit: item in Monasterio successione capaci heres scribi possit, & legata capere, ab intestato iure sanguinis succedere, sicut in seculo, cum translatione iurium in Monasterium: nec potest ob ingratitudinem in facculo commissam exheredari. fol. 307. num. 45. Acquirit autem Monasterio immediatè, sicut filius familiæ patri, & non mediatè sicut servus domino: adeoque eo etiam invito posset Monasterium adire hæreditatem. fol. 308. n. 49.

Successio

A 3

Succesio ab interlato defertur Professi' jure Codicis. fol. 309. n. 54.

Si Professus in uno Monasterio, inde transerit ad aliud, etiam capax successionis, bona ante secundam Professionem obvenientia ad primum Monasterium pertinent: post secundam Professionem obvenientia ad secundum Monasterium. fol. eod. n. 55. & seq.

Transiente Religioso ex Monasterio incapaci successionis ad capax successionis, non reviverent Jura, que priori obvenire poterant, si capax fuisset. fol. eod. n. 58.

Religiosus ejus quod acquirit Monasterio acquirit, etiam si injusit' ejus sit, speclato Jure comuni. Sed ex speciali Constitutione Greg. XIII. spectant acquisitionis ad Cameram Apostolicam, que tamen forte extra Italiam non urget. f. 30. n. 6. 2.

#### Tomo 2.

Religiosi Professi non possunt regulareiter condere testamentum. exipiuntur professi Ordinum Militarium. f. 46. n. 21. 3

Religiosus si ante Professionem testamentum condidit, per professionem non rumpitur, sed ita firmatur, ut revocari non possit. Si Religio efficitur incapax successionis, haeres scriptus statim potest adire hereditatem, si sit capax successionis, non nisi post naturalem mortem professi: interim Monasterium fructu bonis. f. 47. n. 21. 4.

Ut per Professionem firmiter testamentum, non est necesse, quod dum fieri, cogitaverit de facienda professione: fol. eod. n. 21. 5. Si post factum testamentum ante professionem diceret, se omnia sua Monasterio offerre, sufficienter censeretur revocarum, abque alijs solemnitatibus favore caufepiz. cod. In hoc puncto nihil est innovatum per Tridentinum Concilium, de decreto de Regul. c. 15. loquitur enim Concilium de dispositione inter vivos. n. 216.

Dispositiones factae à Candidatis Societatis IESU, non sunt conditionatae, pendent ab eventu futurae professionis, sed absolute. Conditionatae factae essent inefficaces, & revocabiles per subsequentem absolutam dispositionem, vigore Constitutionum faciendam, & à Concilii Trid. approbatam. fol. 47. n. 21. 7.

Si Religiosus ante Professionem non dispositus, & liberos habet, conceditur illi post professionem distributio bonorum inter liberos. Si carens libris habet ascendentis, Jure communis debet illis legitimam. f. 48. n. 21. 8. Potest unum alteri preferre, reliqua tamen alieni legitimam, & parte proportionata Monasterio reservata. cod.

Religiosi Minorum & Cappuccinorum, coramque Monasteria, quamvis non possint hæredes instauri, legata tamen illis relinqui possunt, ut tamen non legentur res immobiles (præter domum & hortum) ut eas servent, sed ut latim diven-

dantur, & ne legata fiant in ea quantitate, ut æquivalent hereditati, & fraus Legi fiat. f. 62. n. 281.

De Religiosis Societatis IESU, vide, Societas IESV.

Religiosus Professus hereditatem delatam, nec tanquam aditam, transmittit ad Monasterium capax successionis, excludo substituto, nisi causa pia est substituta. fol. 167. n. 40. & seq.

Religiosus per ingressum in Religionem tollit exhortationem, & reddit testamentum nullum, etiam de Jure Civili. fol. 109. n. 475.

Patre Professionem profecto, etiam successionis capacem, debetur filio statim ex reliquo testamento legitima. fol. 114. n. 513.

Religiosus quando transmittat hereditatem non aditam ad Monasterium, vide, Transmissio hereditatis.

Religiosi quomodo donare possint, vide, Donatio Regularium.

#### Tomo 5.

Religiosus potest recusare suum Prælatum si procedat ut Judex ad puniendum. fol. 102. n. 81.

Ad Religiosus, & quando Postulare posse sive Advocatum agere, vide, Advocatus.

Religiosus appellatur contra Superiorum à Correctione, secundum se & quoad substantiam profecta non recipitur. f. 187. n. 522.

Si tamen Superior quo modus excedat, licet ad Sedem Apostolicam appellare, & si Superior non defeat, puniatur. n. 523.

Extenduntur hac etiam ad Clericos. n. 524. & seqq. ubi privilegia referruntur. Procedit Conclusio, etiam Superior est notoriè criminosus. f. 588. n. 527.

#### Remissio.

#### Tomo 6.

Judex qui reum deprehendit in territorio domicili, vel vagabundum, non est obligatus remittere reum ad Judicem loci delicti, si non petatur: sed nec prohibetur. f. 12. n. 77.

Judex ratione delicti in uno territorio commissi, non potest jure exigere remissionem Rei existentis in alio territorio, cuius Judex nullam habet Jurisdictionem in delinquente. n. 78.

Nisi iste Judex est subiectus Principi potenti remissionem. f. 18. n. 81.

Judici requisito sufficit summaria quedam cognitio delicti à tali persona probabiliter commissi. f. 119. n. 82.

Neque in levioribus criminibus, etiam criminaliter agatur, neque in atrocioribus, si tantum civilitate agatur, permittitur Remissio. n. 83.

Judex domicili aut originis non tantum ex urbanitate, sed etiam ex necessitate tenetur Reum petitum remittere ad Judicem loci delicti, nisi jam prævenisset. n. 84.

Sijudex

Si Judex ad quem reus fuit remissus, est neglegens in processu, possit Judex domicili procedere, num. 85.

Superior Judex non tenetur remittere ad Judicem inferiorum, in cuius territorio delictum commissum est. fol. 20. n. 86.

Vagabundus etiam remittendus est, si requiratur ad locum commissi delicti. n. 87.

Si Judex requisitus recuseret injuste remittere, aecundum Princeps, utrum cogat. n. 88.

Si delicti pena excedat Jurisdictionem Judicis, remittere debet ad Superiorem etiam non requisitus. n. 89.

Ad Judicem suspectum non tenetur (quamvis possit) Judex domicili remittere. n. 90.

Captus extra territorium delicti à privatis non habentibus jus ibi capiendi, non potest puniri, sed libertati restituendus est, casu quo fuerit remissus. n. 91.

Si quis plurium delictorum in diversis territoriis commissorum reus detinetur ab uno Judice, tunc si penas sunt comparabiles, prius judicabit, cuius delictum minus est; si incompatibilis, ut penam mortis, non est opus remissione. n. 92.

Quando delictum est inchoatum in uno territorio, & in alio consummatum ab eodem, & respectu ejusdem, locus est præventioni. fol. 21. n. 93. & seq.

Tam mandans quam mandatarius possunt puniri à Judice illius loci, ubi contrahit est mandatum etiam quā puniuntur mandatum, si nullus effectus est et fecutus. fol. 21. n. 67.

Posset etiam uterque puniri ordinariae ob secutum effectum, si uterque est illius subditus ratione domicili, adeoque non teneretur remittere ad illum, ubi delictum est consummatum. n. 98. Imo etiam si non sit subditus. fol. 22. n. 99.

Cujus expensis facienda sit remissio, pendet ex locorum confutudine. fol. 22. n. 101.

Quid quod Remissionem hodiernis moribus obseruantur in diversis Provinciis, vide, n. 102.

Infestando Juri scripto, sive cum re furtiva in alio territorio deprehenditur, non est necessariò remittendus ad locum facti furti. fol. 23. n. 104.

#### Reputundarum crimen.

#### Tomo 6.

Committitur à Judicibus recipientibus munera, ut aliquid faciant vel non faciant. puniuntur extra ordinem, non possunt dicere testimonium, nec populare, nec Judices esse. fol. 186. n. 553.

#### Replicatio.

#### Tomo 5.

Replicatio convenit Actori, & est contraria exceptione. Definitur, Allegatio

adjuvandi Actoris gratia comparata, quā vis exceptionis à reo objecta, & primā facie nocentis, sed revera iniqua, perimit ne noccat. fol. 244. n. 328.

Quod idem cum proportione de Duplicatione, Triplicatione &c. dicendum. In Imperio ultra Quadruplicacionem non proceditur. Jure Bavaro co tribus scriptioribus ex utraque parte concluditur. fol. 245. n. 329. ubi n. 331. exemplum Reduplicationis.

#### Residuorum Judicium.

#### Tomo 6.

De Refusis furto seu judicio tenetur, qui pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in illum erogavit. Item penes quem pecunia publica rededit, si eam ad ætarium non est professa, aut ultra annum apud se retinuit. fol. 179. n. 523.

Illius pena est tercia pars pecunia retenta insuper pendenda fisco, vel cui principale debetur. cod.

#### Tomo 1.

Commititur etiam hoc crimen de Refusis ab eo, qui habens pecuniam communiatam distribuerat, obtrudit invitis aliquid aliud. f. 118. n. 162.

#### Resellioria actio.

#### Tomo 1.

Hac actione agitur ad rem usucaptam reselliorum per officium Judicis restitutandam. fol. 459. n. 38. est in rem actio, Publiciana è diametro contraria. Habet hodiè quadrigitius, & competit adversis eis, qui Reipublica causā absens (vel etiam ex alia causa, ut Studiorum) præscriptum rem existentis in civitate, & absens esse desit. n. 100. & seqq. aliquando esse potest personalis, nempe quando quis petit reselliorum præscriptionem actionis personalis, vg. injuriarum. n. 387. & to. 5. f. 111. & seq.

#### Rescriptum.

#### Tomo 1.

Rescriptum est Conceffio Principis per litteras authenticas legitime factas sive secundum Jus sive contra Jus, dummodo hoc exprimatur, alioquin præsumit subreptitum. f. 19. n. 320.

Rescripta Justitiae sunt strictæ interpretationis, imo & Rescripta Gratiae, ad beneficia 321. & seq.

Rescriptum semper hac conditione nititur: si preces veritate nitantur. Si veritas supprimitur, dicitur Subreptitum, si falsitas exprimitur, dicitur Obreptitum. f. 59. n. 323.

Rescriptum Gratiae subreptitiæ obtentum, est ipso Jure nullum. Justitia est irritandū. f. 60. n. 323.

Illa sunt exprimenda in precibus, quæ à Jure & stylo Curiae exprimi jubentur. f. 60. n. 324. & sunt octo. 1. Si quis in eadem materia duo Rescripta impetrat, in quorum primo fiat restrictio, in secundo ampliatio cum præjudicio tertij, in petitio-

ne se-

ne secundi facienda mentio primi. 325. 2. Si contra Refcriptum delegans certis Judicibus, impetrat Refcriptū delegans alijs, facienda mentio prioris. 326. 3. Volens impetrare Refcriptum ad beneficium impecrandum, debet exprimere, quod habeat Vicariam perpetuam vel aliud beneficium. 327. 4. Refcripti ad provisionem de beneficio impecrati facienda mentio in petitione alterius Refcripti, etiam si priori renuntiatur esset. 328. 5. Receptus in Canonicum cum solo Jure ad Praebendam, volens impetrare Refcriptum ad aliud beneficium alterius Ecclesie, debet mentionem facere admissionis in Canonicum. 319. 6. Facienda mentio Consuetudinis vel Statuti resistentis collationi. 330. 7. Exprimendum in petitione alterius beneficij, quod supplicans sit Clericus. 331. 8. In petitione restitutionis contra spoliationem, exprimenda causa spoliationis. 322.

Alia causa nullitatis est dolus, vel simplicitas, aut ignorancia admissa, tacendo verum, vel narrando falsum, dans causam concessionis. f. 61. n. 333, ubi causus. Si dolus tantum quod unum petitionis caput admisitus esset, probabilitas quod illud solum vitiaretur. 334. & seqq. ubi exempla referuntur.

Deficiente causa impulsive solūm, probabilitas Refcriptum non viciatur. fol. 61. n. 337. & seqq. ubi n. 340. traditur modus cognoscendi, quoniam sit motivum finale, vel mere impulsivum.

Si in precibus taceatur defectus vitians, vitium non purgatur per hoc, quod post datum purgetur defectus. f. 63. n. 341.

Error commissus in qualitate adjecta solūm per modum demonstrationis seu declarationis illius rei in quam fertur intentio Principis in Refcripto, non facit Refcriptum Obreptitium, si aliunde constet de re quam Princeps volebat demonstrare, & de intentione dandi Refcriptum etiam concluso errore. f. 63. n. 343, ubi causus. Error vero circa qualitatem adiectam in vim determinationis, reddit irritum refcriptum. 345. ubi causus & exemplum.

Refcriptum mandans aliquid contra Jus commune, non facit mentionem saltem implicitiā Juris communis cui derogatur, reiiciendam est. f. 64. n. 346. ubi plura exempla. Item esset reiiciendum ob vi iū Latinatus per Solecismum, aut constructionem ineptam. 347. item ob rasuram in loco suspectum. 348. Quibus casibus suspenditur, donec per aliud refcriptum constet de mente Principis. cod.

Vitium Subceptionis purgatur per clausulam: *Motu proprio*: nisi de contraria voluntate Principis aliunde constet. f. 64. n. 349.

Requisita in Refcripto conformiter Juri communi, erunt, vel non erunt Substantialia, sicut sunt de Jure communi. f. 65. n. 350. ubi exemplum.

Executione comissa Episcopo, vacante Sede, spectat ad Capitulum. f. 65. n. 351. Si impetratura ad

Capitulum Sede vacante, antequam presentetur, electus & confirmatus est Episcopus, ad hunc spectat. 352.

Abusus refcripti reprobantur. 1. si tradatur alteri idem nomen habenti. 2. si ante ortam litem in antecellum impetratur. 3. si ad diversos Judices ad fatigandum adverbarium. 4. si ad reconveniendum alibi. Hi abusus puniuntur nullitate scripti & Procesus, Condemnatione in expensis. f. 65. 353.

Refcripto impetrato contra plures indefinitè, non ultra tres vel quatuor in Judicium trahi possunt, quarum nomina impetrans in primo citato coram delegato exprimere debet. f. 65. n. 214.

Refcriptorum executores & Judices in causis Jurisdictionem invenientibus, & ad forum Ecclesiasticum spectantibus, constitutuunt à Sede Apostolica, ejusque Legatis, Personae habentes vel Dignitatem, vel Personatum, vel Canonicatum in Ecclesi Cathedrali. f. 65. n. 355. Meri executores non indigent tali qualitate, eod. Decreto Concilii Tridentini in quavis Diocesis quatuor probati viri constiuentur sunt, prædictis qualitatibus prædicti (inter quos est Vicarius Generalis) quibus præter locorum Ordinarios causa ad forum Ecclesiasticum delegari possint. 356.

### Restitutio seu Reparatio Damni.

#### Tomo 1.

Restitutionis vocabulum aliter à Juristis, aliter à Theologis sumitur. Theologicè aliquando latius, aliquando strictius. Latè sumundo, est rei aliena vel in se, vel in aequivalenti Redditio, sive praesupponat lesionem factam sine non. Strictius sumitur pro Reparatione Juris laſi, faciendo ut laſus moraliter perinde se habeat, achi namquam laſus esset. fol. 91. n. 126.

Restitutionis preceptum nec semper est Negativum, nec semper Affirmativum. f. 92. n. 130. & seqq.

Restitutionis facienda pro damno illato, ex legi naturali, scilicet omni pacto, & lege positiva, duplex Radix à Theologis assignatur. Prima est ex *Re accepta*. Secunda ex *Injuria lesione* per formalem injuriam. fol. 94. n. 140. Ex prima nascitur obligatio restituendi rem alienam, apud me inculpabiliter existentem, in se vel in aequivalenti: & commode restituibilem. 341. ubi exempla. & quidem rem in se existentem teneor restituere etiam cum iactura pretij fortè pro ea soluti. eod. Si eam bona fide absumpsi, teneor restituere in quantum locupletior factus sum, & tibi competit actio personalis in factum vel de dolo. 342. Ex secunda radice teneor de damno dato, etiam si nihil locupletior factus, imò etiam si laſus effem. 343.

Restitutionis radix generalis est Necessitas utriusque dicta obligationis ad felicitatem humanae societatis. fol. 94. n. 143.

Resti-

Restitutionis ex secunda radice obligationes, vide, *Damnum Injuria datum*.

Accipiente aliquid pro actione iam ex Justitia debita, tenetur in conscientia restituere: secundis si solūm era debita ex alia virtute. 357. num. 351, & seqq.

Non est obligatio restituendi de Jure Naturæ ex Justitia, quod acceptum est pro actione vel omissione turpi & illicite, esto pactum præcedens nullam induxit obligacionem, & etiam si fuerit actio damno tertio, v. g. iniqua sententia Judicis; quo casu Judge nihil quidem tenetur restituere corrupti, benē tamē & Judge & corrupti laſo per sententiam. f. 137. n. 354.

Adversus meretricem non datur conditio quā repetatur datum. Sed neque meretrici datur actio ad petendam mercede promissam, quamvis, actu fecito, debetur in conscientia ex pacto. f. 138. n. 360.

Adversus turpiter accipientem datur conditio ob turpem causam, quā repetitur datum pro actione jam ante ex Justitia debita, si turpiter sit solūm accidentis, secundis si turpiter sit utriusque, quo casu quod datum est, manet apud accipientem f. 139. n. 363. & seqq.

Cooperantes ad damnificationem ut teneantur restituere, satis est, si influerunt in damnum, etiam si sine eorum cooperatione futurum fuisset. f. 141. n. 372. Mandans & consentiens obligantur, si objectivè suo mandato vel consensu influant. 373. Consiliarius feiens iniquum suffragium, postquam numerus suffragiorum irrevocabiliter est obtenus, non tenetur. 374. Tenentur etiam Palpatores, vituperio incitantes. 375. Confusus tenetur, etiam si revocet consilium, si tamen adhuc inflatur, secundis mandans si revocavit. 376. Receptores furum quā ralium etiam tenentur. 377. Negativi concurrentes, nisi ob difficultatem impediendi damnum excusentur, etiam tenentur restituere, si ex officio tenebantur impeditre. 379. Causa physica principalis tenetur primo loco, nisi ab alio fraude inducit. f. 142. n. 381. Causa Instrumentalis, seu physica seu moralis, non tenetur nisi in defectum causa moralis Principalis, cuius auctoritate operatur. 382. Causa Negativa non tenetur nisi in defectum causa positiva. 383. Causa partialis partialiter tam effectus quam causalitatis, solūm partialiter tenetur. 385. Si causa secunda loco obligata restituitur, haber regresum contra causam principalem. 386. Causa simul concurrentes tenentur secundum estimationem sui influxus. 387. Causa partialis, sine qua adhuc fieret effectus, probabilitas non tenetur in defectum aliarum causarum totius damni. fol. 143. n. 388.

Christ. Haun. Reperi.

Qui simul, & suo & aliorum nomine dannificat, & qualiter cum ceteris restituere tenetur. f. 142. num. 385. Restituente causa prius obligata, relata quā secundo loco obligata ad nihil tenetur. 386. Causa quā immediatè simul concurrentes & obligata, non semper tenentur aequalibus portionibus, sed sp̄e in aequalibus, pro maiore vel minore influxu. 387. ubi exemplum.

Restitutio pro damno illato facienda est in illo loco, quo si restituatur servatur Laſus indemnus. f. 143. n. 389.

Quod vero debetur ex re accepta sine delicto, est restituendum expensis creditori: quod si propter expensas non expedit illi immediatè restituiri, restituendum est secundum Intentionem illius saltem præsumptam, & meliore modo quo potest sine damno restituens. Quod si majoribus sumptibus opus est, quā sit valor rei, neque spes est, quod posset affervari in aliud tempus quo ad dominium pervenire posset, tunc disponi potest sicut dicetur de *Bonis inventis*. f. 144. n. 394.

Ubi autem restituendum sit debitum ex Contractu, attendenda praxis, pactum, Natura Contractuum. Regulariter solūto ex contractu ubi non redditus unum pro alio, ut donatione, sufficit restituiri in loco debitoris, vel ubi res existit, quando res in specie restituenda, ut deposito, restituenda, ubi deposita. In alijs communiter in loco contractus. 395. Quando quis in loco debito non solvit, datur adversus eum actio, ubiunque commorabitur, ut solvat, quantum intercerat Creditoris, siue solūto in loco debito. Et econtra, si sit per Creditorem, datur Debitori actio, ut tantum detrahatur, quantum Debitoris intercerat, solutionem eo loco factam esse. 399. Percute re in via, si erat debita in individuo, nec Debitor fuit in mora, perit Creditori, secundis si fuit in mora, vel solūm debebat in specie 397. & seqq.

Restitutio fieri potest Creditori Creditoris in re fungibili debita, si ex altera sunt paria. Non tam in alia specie. 494.

Quomodo restituendum pro fama laſa, homicidio, Vulneratione, vide, *Derivatione. Homicidium*.

Qui in gravi necessitate, alioquin excusante à restituente, rem alienam apud se habet, cuius Dominus in pari necessitate constitutus est, tenetur eam restituere, quia in tali casu non fit communis. f. 144. n. 489.

Qui debet ex delicto, potest ab obligatione restituendi excusat ob gravitatem damni, quod per restituendam subeundum esset. fol. eod. n. 490. ubi exempla. Non excusat tamen si damnum adequare ſumam debiti: bene autem si damnum notabiliter excederit ſumam debitam adnumerato

Bb

numerato lucoressante & damno emergente Creditoris, quo casu posset restitutio differri, vel fieri pauperibus. n. 491.

Bonum inferioris ordinis non est obligatio restituendi cum detimento honorum ordinis Superioris in suo genere æquè gravi, dummodo illud non acquisiverit Debitor ex injulta lexione. f. 164. n. 491.

Per Religionis ingressum non excusat Debito à Restitutione, si saltem intra biennium potest satisfacere manens in seculo. fol. 164. num. 492.

Jure Novo prohibentur ingredi debitores ultra vires & facultates suas. f. 156. n. 193.

#### Restitutio in Integrum.

##### Tomo 1.

Restitutio in Integrum est reductio in eum locum, in quo quis fuit ante lassionem. Est remedium extraordinarium, quo certis personis subvenitur, quæ in contractibus vel ex imbecillitate Judicij, vel ignorantia Juris, vel alterius injuria, vel alij cauſis in captionem inciderunt, & lassifunt, quo omnia in pristinum statum ita reducuntur, ut ille qui restitutio non fiat pauperior ex lassione facta in contratu. fol. 159. num. 461. & seq.

Petitio Restitutio non est propriæ actio, sed Imploratio Magistratis habentis Mixtum Imperium, imperio prevalentie, unde Magistratis municipalibus non competit potestas restituendi. fol. cod. n. 463.

Petenda est in loco domicilij illius contra quem petitur restitutio. cod. n. 465.

Inferior Magistratus non potest restituere contra sententiam Magistratis Superioris, & contra sententiam Judicis delegati nemo nisi Princeps. cod. n. 466.

Denegata semel restitutio, si sententia transfit in judicatum, non conceditur amplius ab eodem Judice in eadem Causa, nisi petatur praetextu novarum probacionum. Si verò petatur secunda restitutio contra priorem quæ quis putat se lassum esse, conceditur regulariter, non tamen in casu qui habetur l. fin. §. 6. C. de bonis que liberis. fol. 159. num. 467. & seq.

Liberis & libertis contra Parentes & Patronos non conceditur Restitutio in integrum. fol. 160. num. 469.

Beneficium hoc est mixtum ex reali & personali, quatenus non solum persona sed etiam causa conceditur. unde conceditur etiam Minoris heredi quantumvis Majorenii. fol. 160. n. 470.

Non competit fidejussori quamvis, si solvit, possit actione mandati convenire restitutum principalem. fol. cod. h. 471,

Sicut interposita appellatione suspenditur sententia, ita etiam petitæ restitutio in integrum, donec causa restitutiois contra latam sententiam ventiletur. fol. 160. num. 471.

Tempus, intra quod hoc Beneficium obtineri potest, est quadriennum, à die scientæ lassionis, & facultatis experiundi. fol. 161. num. 473.

Cause concedendi hoc beneficium septem enumerauntur. 1. Metus. 2. Dolus malus aliud simulando & aliud agendo. 3. Åetas minoreniss, ita ut extremus dies anni vigesimi quinti (in Bavaria vigesimali primi) & hora ejus ultima à momento in momentum computetur. 4. Capitis diminutio minima. 5. Justa absentia Reipublicæ causæ. 6. Substitutio potenteris adversarii per alienationem. 7. Pietas & reverentia debita locis & communitatibus Religiosis, Reipublicæ, & Civitatis. fol. 161. n. 475. & seq.

Minorennes restitutio non solum contra eum circumvenit, sed etiam contra eum ad quem pervenit res, in qua minor lassus est, si tertius possessor sciens rem ita venditam esse à Minore, nihilominus emit: vel si prior qui à minore emit, solum non est. fol. cod. n. 475.

Minorennes non restituantur in contractu Matrimonij, Religionis ingressu, delictis, venditione sui ad habendum pretium, si major factus tatum habet, quod minor gesit. fol. 161. num. 477.

Minor non restitutio adversus Minorem, si peregrinae æqualiter lassus est, vel si habet remedium ordinarium. fol. 162. num. 478. ubi referuntur causas.

Minor per imprudentiam renuntians beneficium Ecclesiasticum alteri deinde collatum, probabiliter restitutus. f. 162. n. 480.

Minor etiam restitutio, si per Sententiam adversus Curatorem latam lassus est, modò Curator cavit, rem pupilli salvam fore. fol. 162. n. 481.

Facta restitutio in integrum, non solum res principalis restituenda est, sed probabiliter etiam fructus, qui tempore quadriennij percepti sunt, in quantum alter locupletior inde factus est, detractis tamen illis, quos ex suo fuloro pretio lucratus interim fuisse. fol. 162. num. 483. & seqq.

Leges absolventes Minorem à restitutio preiij male consumpti, temperande sunt, quando ex parte emptoris dolus intervenit. Quod si solum est cum consensu Curatoris, da bitur adhuc restitutio, ut denud solutus, salvâ actione adversus Curatorem, nisi solutio fuisse redditum, aut annua pensionis. f. 163. n. 487.

Contra

Contra Prescriptionem delitorum non restituantur Minores in integrum ad accusandum. fol. 459. n. 322.

Majorennes non restituantur in integrum contra prescriptionem, etiam si ex invincibili ignorantia rem suam non repeterant. fol. 142. n. 345.

##### Tomo 5.

Restitutio in integrum non est actus simplicis Jurisdictionis, sed Imperij. fol. 7. n. 27.

#### Restitutoria Actio.

Quæ ratione competat Creditori in casu quo mulier pro alio fidejussit, vide, Vellejanum SCium.

#### Rectorio.

##### Tomo 1.

Rectorio est legitima injuria verbalis in ipsum mer injuriantem propulsatio, honoris tuendū causā in continentis propriā auctoritate facta. fol. 182. n. 584. Perimit actionem injuriarum. & Jure Bavario non datur rectorio retorsionis. fol. 182. num. 585.

Rectors macula ne inhæreat, adeundus index à gravato, qui cognoscet an legitime sit facta, eod.

Potest fieri à persona specialiter conjuncta injurato, fol. cod. n. 586. Item quando verum crimen, sed occultum objectum est. n. 587. ubi, quid Jure Bavario.

Subditus adversus suum Magistratum uti retorsione non potest. eod. n. 588.

Rectorio potest fieri scripto. fol. cod. n. 589. ubi praxis securissima traditur.

Rectorio in personam indefinitam generalibus verbis factam, nullam habet vim. fol. 183. n. 589.

#### Retractus.

##### Tomo 4.

Retractus est Jus, Lege vel Consuetudine, vel Statuto introductum, quo conceditur aliqui revocatio rerum ab alio alienatarum: quod Jus est aliquiliter fuerit per leges abrogatum, pluribus tamen in Provincijs, & specialiter in Bavaria reductum est. ubi aliqua à communi Germaniæ consuetudine diversa observantur. fol. 76. num. 211. ubi in compendio referuntur Novendecim Articuli Juris Bavariæ.

Vocatur etiam Jus Protomifeos: Jus congru: Retractus Municipalis, & Legalis, ad distinctiōnem à Conventionali. f. 77. n. 212.

Retractus Municipalis dividitur in Gentilitium, Partiale, & Territoriale, quibus addunt aliqui Censualem. Gentilitius competit proximis Consanguineis, vulgo, Eb. Einstab. Erblosung. Partialis Socio in re communi. Theiloing. Territorialis Socio in re communi. Theiloing. Territorialis

Chrif. Haun. Report.

trialis competit illis, qui sunt ex territorio videntis, contra extraneum empotem. Martlosung, cod. & seq. Gentilitius non convenit affinibus, nec uxori, nec locero, nec genero. f. 78. n. 215.

Si Venditor proximo consanguineo denuntiat, pretium & Empotem indicavit, ille verò respondit, se hac vice non habere voluntatem emendare, salvum habet Jus Retractus, etiam si non excepte hoc ius sibi reservaverit. Quod de Jure Bavario posset esse dubium, est tamen verisimilius. fol. 78. n. 216.

Si res vendita fuit duorum habentium diversos consanguineos, & unius consanguinei juri suo renuntiant, alterius consanguinei non possunt in vita empote totum retrahere, sed necessariò incident cum empote in communionem, nisi hic mandat (prout potest) illos cogere, ut vel totum retrahant, vel nihil, quia ipse non emisit patrem. fol. cod. n. 217.

Si consanguineus ante celebratam venditionem venditor renuntiaret, verius est, quod non licet illi ponitere, sicut non licet pontere, si post contractum renuntiaret empotori. fol. 78. n. 218.

Si consanguineus Venditoris renuntiet suo iuri in favorem empotoris extranci, qui deinde rem emptam vendat alteri extranci, renuntians non videret habere jus retrahendi ab hoc ultimo empotori. fol. 79. n. 219.

Renuntiatio tacita, consistens vg. in subscriptione vel testimoniio, vel alio modo promovendi contractum, non adjecta protellatione, idem operatur quod renuntiatio expresa, nisi ex officio subscriptum esset, vg. à Notario: vel ex Statuto praesentia requireatur. fol. cod. 220.

Jus Retractus competit consanguineo, etiam si Venditoris heres exiftat, & etiam si nec inventarium fecerit. fol. 79. n. 221. Posset tamen heres à defuncto gravari, ut si heres esse veller, non retrahet, nempe si Empotori promisisset, rem non obnoxiam Retractui. cod.

Etsi iure communi adhuc esset locus Retractui, si res immobilia cum mobili commutaretur, Jure tamen Bavario universum ex permutatione non fore obnoxiam Retractui. fol. 80. n. 222.

Ex quo res vendita per publicam subasta-tionem retrahi non posset, non licet inferre, quod idem dicendum, si debitor compellatur à Judice ad vendendum. f. 81. n. 224.

Non esset locus Retractui, si inter Venditorem & Empotorum conveniret, ut casu quo quis Retractum attentaret, contractus sit nullus, nisi contrahentes postmodum in Retractum consentirent, fol. cod. n. 223.

Retracte volenti licet pontere, etiam jam oblato & deposito preio, sed Retractu nequam perfecto. fol. cod. n. 226.

Bb 2

Res

Res semel extra familiam alienata, si deinde redat iterum ad familiam, si iterum obnoxia Retractui. fol. 81. n. 227.

Filio Naturali non legitimato, spectato jure Germania, non competit Jus Retractus, bene tamen legitimato, item exhereditato; item Renuntianti successioni. fol. cod. n. 228.

Jus Retractus competit Laico, etiam quando res vendita est Clerico, ex eo principio Juris: Quod quicunque Juris in aliis statuerit, codem Jure & ipse utatur. fol. cod. n. 229.

Monasterio, intuitu sui Professi, non competit Jus Retractus, quia Professi non amplius celerant esse ex familia videntis, usurus tanquam unus de familia. Unde consequens est, quod si per Professum aliqua bona ad Monasterium pervenerunt, etiamsi Monasterium illa bona vendat, non sit locus Retractui. Si tamen Monasterium emat aliquod bonum, possunt Venditoris consanguinei retrahere, sicut de Empatore Clerico dictum. fol. 82. c. 230.

Si res vendita est consanguineo remotioni, adhuc proximiori competit Jus Retractus. fol. 82. n. 231.

Quando Venditio ex aliquo capite & defectu est nulla, cetero Jus Retractus. fol. cod. n. 232.

Si res immobilis det Creditori in solutum, adhuc est locus Retractui. Unde idem dicendum, si Primum astimatum affirmatione faciente venditionem datur in dicto. fol. 82. n. 233.

Ratione Retractus non tenetur retrahens ad duas Gabellas, sed ad unam solam. fol. cod. n. 234. Etiamsi primus Empor exemptus esset a Gabella, retrahens tamen non gauderet hac exemptione. fol. 83. n. 235.

Siplures res retrahibilis uno pretio sint vendita, necesse est, vel omnes retrahi, vel nullam. fol. cod. n. 236.

#### Revisio.

##### Tomo 5.

Revisionis remedium Successori remedio Supplicationis. fol. 182. n. 498. Est remedium extraordinarium, quo in Camera Imperiali Læsis ex quādam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuam Imperij ad deputatos succurritur. fol. 183. n. 499. Perenda est intra 4. Menes à lata sententia Camerali, & insinuando Cancellario Imperij. num. 500.

A potente Revisionem est deponenda certa pecunia, siccō applicanda, si male petitā est. n. 501.

Ef petenda in scripto, etiam pro sententiā definitiva. n. 502.

Si sententia Interlocutoria Revisio petita est, & retrahata, Causa principalis ad Judicem Cameralē remittenda est. n. 503.

In Revisorio non admittuntur nova probatio-  
nes, & deductiones. n. 505.

An Revisor suspendat executionem, Praxis lo-  
corum attendenda est. n. 506.

#### Revocatoria Actio.

##### Tomo 5.

Vocatur communiter Pauliana; & definitur: Actio competens Creditori adversus eum, qui sciens, & particeps fraudis, accipit bona ab Actoris Debitor in fraudem Creditoris alienata. fol. 119. n. 169. Est regulariter Actio Realis, cō tendens, ut res alienata restituatur in pristinum statum, perinde ac si nunquam alienata fuisset. n. 171.

Quando res fuit alienata titulo lucrative, non est necesse, quod conventus fuerit conciusfrau-  
dis.

Hac Actione non potest revocari Legatum &  
Hæreditas, si in fraudem Creditorum non accept-  
tur. fol. 120. n. 175.

#### Reus.

##### Tomo 5.

Reus voluntarius debet habere legitimam per-  
sonam ständi in Judicio, non item necessarius seu  
invitus. fol. 142. n. 308.

Ut reus tenetur respondere Judici interrogan-  
ti, debet ipsi confare saltem extrajudicialiter,  
quod habeat Jus interrogandi. fol. 143. Item  
quod Judex ex confessione non sit falsum pre-  
sumpturus. n. 311. Fundamentum interrogandi  
debet in processu probatum fuisse, & hoc reo  
confare.

Reus juridicè interrogatus tenetur sub culpa  
gravi fateri veritatem, nisi timenda esset ex con-  
fessione pene mortis, damnationis ad tritemes,  
aut confusio omnium honoris, mutilationis, &c.  
si tamen spes sit, quod negando sit peccatum eva-  
fus. fol. 144. n. 317.

Qui negavit delictum eam debet fateri, non  
tenetur potesta faturi, nisi intra terminum affig-  
atum. fol. 145. n. 325.

Reo quantunvis innocentia, non licet resistere  
prima comprehensioni legitimè facta. fol. 146. n.  
327.

Sententia materialiter injuncta potest reus po-  
seire refutare, & se defendere etiam armis si opus  
sit, sceluso gravi scandalo. n. 329.

Reus potest non solum ante, sed etiam post  
Sententiam fugere, etiam effringendo carcere,  
& probabiliter etiam in causa pecuniaria. n. 331.  
nisi iurâ sit oppositum. n. 333.

Quamvis alijs non sit licitum effingere car-  
cerem,

cerem, licet tamen fugam consulere, (exceptis  
Ministris) nisi esset homo Reipublicæ valde no-  
xius. fol. 147. Licet etiam subministrare instru-  
menta. n. 338.

Reus si ob negaram injustè veritatem absolvatur  
a pena pecuniaria, non propterea tenetur eam  
postea solvere. fol. 148. n. 339.

Reus quomodo ad Articulos Inquisitionales re-  
spondere tenetur, vide, *Articuli Inquisitionales*.

##### Tomo 6.

Reo, tam confessio, quam etiam convictio, dan-  
dus est terminus defensionis, etiam in flagrantii  
deprehensiō, & in contumaciam condemnato. fol.  
272. n. 324.

Dato defensionis termino, & reo ad Iargam seu  
carcerem posito, communiter indulgetur, ut se-  
clusus Officialibus solus cum Advocato agat. f.  
273. n. 325.

Terminus defensionis potest Judex denegare  
in criminalibus, quando petitur cavillandi causā,  
item furibus famosis & latronibus. n. 327.

Nec de plenitudine potestatis potest ceteroquin  
Princeps tollere reo in criminalibus defensiones,  
excepto secundum quodam Summo Pontifice. n.  
328.

Renuntiatio termini defensionis non est facile  
admittenda. fol. 274. ubi ponitur forma. & num.  
330. quid Jure Bavaroico observetur circa ter-  
minum defensionis, & publicationem Processus.

Pater admittendus est ad defensionem filij. f. 274.  
n. 331. Imò etiam personæ conjuncta. n. 322.

Judex tenetur ex officio querere defensiones  
Rei, casque suppleret, & quoque modo ad-  
juvare, etiam reo non potente. fol. 275. n. 333.

Denique quisvis alias, qui veller fungi officio  
Advocati, admittendus est.

Reus potest in qualibet parte Judicij, etiam  
post elapsum terminum defensionis, usque ad  
executionem Sententiae suam innocentiam pro-  
bare. fol. 275. n. 335.

Volens probare suam innocentiam antequam  
respondeat ad articulos, non est audiendus. fol.  
276. n. 336. De cetero toties audiendus, quoties  
se ad novas probationes offert. n. 337.

Liberatur reus à pena ordinaria testimonio  
unius, non enervato. fol. 276. num. 338. ubi ex-  
emplum. Etiamsi talis testis ceteroquin esset in-  
habilis, dummodo alij testes haberi non possint.  
n. 341. Si testis solus de credulitate deponat,  
opus est, ut fundamentum sua credulitatibus alleget.  
n. 342. & seqq.

Reus, obijcens accusatori calumniam in accu-  
fando de criminis verè cognito, sed non probanti,  
peccaret, per se loquendo, & contra charitatem &  
contra iustitiam. fol. 278. n. 349.

Ad infirmandum testimonium, licet reo objiceret  
testibus occulta crimina, si alter non potest in-  
firmare. fol. 279. n. 350. & seq. Quod si obijcetur  
falsum crimen testi iniuste testificanti, peccaret  
non solum contra veritatem, sed etiam contra ju-  
stitiam, prædictè loquendo, n. 354.

Si Reus à publicis Ministris in flagranti depre-  
hendatur, hoc non est sufficiens ad condemnandum,  
etiam fortè sufficiat ad torturam. fol. 284. n.  
307. & seq. Si eum solum deprehendit privatus,  
talis non probat semiplenè, si denuntiet, nec suffi-  
cient ad torturam, sed solum ad inquirendum. n.  
372. Si à pluribus est deprehensus & denuntiatus  
reus, debet Judge cum non suspectis confron-  
tare, & negantem subjicere tortura. n. 373. Si  
deprehensus per sepa Judicis extra tribunal, Ju-  
dex potest procedere ad inquisitionem, non ad  
torturam. n. 374. bene tamen si deprehensus esset  
à Judge in actu ad ejus officium spectante, & alijs  
præsentibus. n. 375. imò aliquando ad ipsam con-  
demnationem. fol. 285. n. 376.

Reus nec probans innocentiam, nec præstans Ju-  
tamentum purgationis, in levioribus habetur pro  
confesso, in gravioribus torqueri potest. fol. 287.  
num. 384.

Quomodo reo respondentum fit ad artículos  
Inquisitionales, vide, *Articuli Inquisitionales*.

#### S.

#### Sacrilegium.

##### Tomo 6.

Sacrilegium est mixta forti. f. 27. n. 127.

Sacrilegium furtum quā ratione puniatur, vide,  
Peculatus.

#### Salvus Conductus.

##### Tomo 6.

Spectato Jure communi, in salvo Conductu Ve-  
niendi, videtur inclusus etiam Recedendi. Non item  
Jure Bavaroico. f. 237. n. 145. & seq.

Salvus conductus Veniendi & Recedendi dicitur  
generalis, vi cuius quovis die Juridico elapo-  
se recedere potest, & debet. f. 238. num. 146.  
Salvus conductus specialis est, vi cuius licet tem-  
pore litis convertari cum amicis, præstata cautione,  
n. 149.

Salvus conductus concedi potest ab omni Magi-  
istratu, qui habet Merum Imperium. n. 150.

Salvus conductus non potest ab inferiore Judge  
concedi reo notorio. n. 151. It dubius est conce-  
derendus perit, ad suam innocentiam probandam.  
f. 239. n. 152.

Reo præsenti cojus copia habeti potest, vel iam  
incarcerato perit Salvum conductum, aut carce-  
ris relaxationem, oblatâ fidejussionâ cautione, in  
atrocibus neutrum concedendum. n. 153. Nisi morali-  
ter confiteretur Judge ex Actis, reum esse absolu-  
endum. n. 155.